

Sophocl. quos aurum & opes præcipue bellorum cause. Sophocl. in *Antigon.* v. 301. Argentum. Hoc docet, & immutat mentes  
Bonas ad turpia negotia mortalium;  
Malitiamque ostendit hominibus habere;  
Et totius operis impietatem scire.

Lucreti. Denique avarities, & honorum cæca cupido  
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines  
Iuris, & interdum socios scelerum atque ministros  
Noctes atque dies niti præstante labore  
Ad summam emergere opes.

Canit Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 59. quem sequuntur Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 218, & Petron. *Carmin.* 19. v. 40.

Iuvenal. Falsus erit testis, vendet periuria summâ  
Exigua, & Gereris tangens aramque pedemque.  
Ad prædâ, strepitumque lucri suffragia vertunt;

Petron. Nec minor in campo favor est, emptique Quirites:  
Venalis populus, venalis caria Patrum,  
Et favor in precio.

Senec. Avaritia mater ambitionis. Hæc ipsa res (inquit Seneca, *Epist.* 115.) tot magistratus, tot iudices detinet, quæ magistratus & iudices facit pecuniis, quæ ex quo in honore esse capit, verus rerum honor cecidit: mercatoresque & venales invicem facti, quarimus non quale sit quid, sed quanti. Ad mercedem pij sumus, ad mercem impij. Haud aliter,

Virgil. Quæ divitijs soli incubuere reperitis.

Lucan. Ut ait Virgilius, lib. 6. *Æneid.* v. 610. & vivide Lucan. lib. 10. *Pharsal.* v. 149:  
Ille nefando Marte paratus opes mundi quaesisse ruinâ.

Cuncta completur Claudian. 2. de *Land. Stilicon.* à v. 112. cuius gnomas roborat Caspar Barthius exemplis.  
At primùm scelerum matrem, quæ semper habendo,  
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,  
Trudis Avaritiam: cuius sædisima nutritæ  
Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum  
Excubat, & pretijs comæcia possit honorum.

Ecclesi. 10. 19. 23 Impotens utique divitiarum appetitus, quia Pecunia obediunt omnia. Clausum possidet arca Iovem.

Horat. Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris  
Divitijs parent: quas qui construxerit, ille  
Clarus erit, furtis, insidus, sapientia, etiam & Rex,  
Et quicquid volet.

Modulator est Horatius, 2. *Satyr.* 3. à v. 95, qui sumpsit ex Menandro (ut observat Stobæus, *Serm.* 89.) accinent:  
Ego utiles Deos esse arbitror,  
Maximè argentum & aurum.  
Istos quidem si dedices domi,  
Quicquid voles, roges, bona aderunt;  
Ager, domus seroci, argyromata,  
Testes, amici, iudices: tandem dato  
Ipsos habebis vel ministrantes Deos.

Pecunia Dea & omnivota. Potentes cupiunt esse homines, & liberi à legibus, quo potiuntur auro & argento Numinibus. Nullus enim magni sceleris labor: ait Iuvenal. quò dudum, si ex auro, vel vitijs decot. Nullus de legibus metus est (inquit Cyprian. *Epist.* 2. ad Donat.) de quaestore, de iudice pavor nullus. Quod potest redimi, non timetur. Ideo Pecunia ut Dea habita: de quo videtis Senec. de *Provident.* cap. 5. Cæli. Rhodigin. lib. 2. 1. cap. 34. & Augul. 4. *Civit.* cap. 2. Ita Iuvenal. *Satyr.* 1. v. 112.

Iuvenal. Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum  
Mæstas.

Namina cùm crumenis. Quapropter simulachra Numinum apud Phœnices crumenis ornabantur, ut observat ex Codino Causin. lib. 2. *Symb.* 1. iuxta pecunias Numini conciliabatur mæstas. Ludat iocossimè Ovven. lib. 3. post. *Epigram.* 92. iniquis;

Solus Dii Deus est, Dites Dii, Namina Numi:  
Cum plausu loquitur Pluto, tacetque Plato.

Orvus

Si avaritia est simulachrorum servitus, servitque idolo, qui servit auro; profectò Dea Pecunia, quam venerabantur Prisci, cordis idola. Constat ex Osee, 12. 8. ubi dicit Ephraim; Dives effectus sum: inveni Idolum mihi. Ad Maluend. de *Anti-Christi.* lib. 8. cap. 14.

24. Ut huiusmodi calamitatum cohortem à se accerent, & precio pretium non darent; usum pecunie plures Reipublice inter cives inhiberunt, quietem cuctorum stantes mercium permutatione, ut ait Plin. lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3. vel moneta metallorum experte, uti notavit Draudius in cap. 62. Solini. Nullus alius præter cobleaurum marinarum loco pecunia usus est. Fœmella (inquit) masculi sunt pretiosiores, quia lucidiores, & visui iucundiores, & ita in regiam thesaurum condunt; unde maximus Regis census: nullo enim argento, neque auro, neque alto quopiam metallo, sive signato, sive non signato, sed solis hisce cobleis in suis mercimonijs, imò in omnibus vita necessarijs emendis utuntur: ita ut ipsum etiam aurum & argentum sui ematur. De Essenis ait Plin. lib. 5. cap. 17. Sine pecunia vivere. Solin. cap. 20. Satareba (inquit) usus auri, argentique damnato, in æternum se à publica avaritia abdicarunt: additque, Sympbes in Scythia esse custodes auri, velut genitos ad plebendam avaritia temeritatem. Cap. 56. de Rege Tapobranes Insula, inquit: Stupescit pecuniam. Cap. 33. Macrobij iustitiam colunt, amant aequitatem, plurimum valent robore, præcipua decet pulchritudine, ornantur ere auro vincula faculant noxiorum (aliqua diximus, *Tom.* 3. T. 9. D. 4. n. 6.) & cap. 58. A Sufis Babytace oppidua, in quo mortales universi, odio auri cõmunt hoc genus metalli, & abijciunt in terrarum profunda, ne pollati usui eius, avaritia corrumpant aequitatem. Idem Plin. lib. 6. cap. 17. Ioann. Boëm. lib. 1. de *Morib.* Gent. cap. 4. ex Herodot. refert, Æthiopes ita aurum odio habuisse; Ut Cambysus legati ad profecti, fontes viderint aureis catenis in custodia vinclos. Idem videris apud Pompon. Melam. 3. de *Sit. orb.* cap. 9. & Dion. Chrytom. *Orat.* 79. Morem referunt & Terullian. de *Habit. mulieb.* cap. 7. & de *Cult. femin.* cap. 10. Apud Barbaros (ait) quosdam auro vinclos in ergastulis habent, & divitijs malos onerant: tantò locupletiores, quantò nocentiores. Aliquando inventum est, quomodo & aurum non ametur. Quamquam & aurum ipsum cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula servire referunt Gentiliam litera. & Clemens Alexandr. 3. *Pedag.* cap. 11. Quæ aurum (inquit) gestant, mihi videntur timere, ne si quis aurum ab eis abstulerit, existimentur ancilla, ut qua non sint ornata. Quæ aureis catenis sese illigat & exornat, nescit, quantum se criminum adstrictam fateatur: Vide selecta apud Durant. 2. *Variar.* cap. 13. & Theodor. Canter. 1. *Lecl. Var.* cap. 5. Apud hæc gentes qui fontes, plectuntur divites, & divitijs plectuntur; ne per divitias corrumpantur leges. Hinc in supplicium Ierusalem dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quarant, nec aurum velint. Salvarentur delinquentes, si prævalerent opes. Nam ut dicit Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 178.

Nationes degenti sine mensta italiana. Georg. Draud.

Solini.

Ex auro vincula noxiorum.

Ioan. Boëm.

Tertall.

Clem. Alex.

Isai. 13. 17. Pecunia legum legislatrix.

Iuvenal.

Et quæ reverentia legum,  
Quis metus, aut pudor est unquam propterantis avaritæ

25. Hæc omninò necessitòque præmissa in expositionem Tautologiæ Habacuc. Ita Propheta: Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ; ut sit in excelsu nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Si avaritia est pravus affectus, uti quarumlibet rerum insatiabilis inhonestè cupido, & habendi atque habendi duntaxat pro habendo inordinatus animus; tautologicum videretur, dicere *Malam*, si protulit *Avaritiam*. Quorsim perveritatis expressio, supposito necessario? Promptissime difficultas evanescit, scito Hebraico Idiotismo: etenim sæpe per Hypallagem utuntur Hebræi adiectivo & concreto pro abstracto. *Lucerna fulgoris:* Luc. 11. 36. Idem, fulgor lucernæ. Vid. n. 17. & *Tom. priores*, verb. *Hypallage*. Similiter *Avaritiam malam:* Idem, malum Avaritæ, Psalm. 70. 20. *Tribulationes multas & malas:* hoc est, malitiam & multitudinem tribulationum. *Via iniquitatis:* *Via recta:* de quo usquequaque in Biblijs, q. d. Iniquitas vel rectitudo viæ, seu propositi. Clariùs videtur 1. Tim. 1. 5. *Charitas de fide non ficta*, 2. Cor. 6. 6. *In charitate non ficta.* Si ficta, nec fides, nec charitas potest esse: quare tò *Ficta* adiectivum exponendum pro abstracto: nimirum, *Non in simulatione fidei, nec fitione charitatis;* quia hoc hypocrisis, & illud perfidia. Eodem sensu illud, Coloss. 2. 8. *Per philosophiam, & inanem falsociam.* Apud Græcos frequens schema. Homer. 16. *Odyss.* v. 86. *Iniustam iniuriam.* Hoc est, iniuriæ iniusticiam. In eadem nostræ Tautologiæ materia, Sophocli in *Antigon.* v. 298. *Malum argentum, malum numisma,* Principes latinicitatis eodem Ithylo usi sunt. Senec.

Avaritia quid sit? Habac. 2. 9.

Adiectivum & concretum pro abstracto.

Hypallage.

prefata Epist. 115. *Blanda voluptas* dicit, pro blandimine voluptatis. Plaut. in *Aulul.* Act. 2. scen. 2. v. 38. *Mala malitia.* Iuvenal. Satyr. 1. v. 113. *Fanesca pecunia.* Horat. 1. Carm. Od. 3. v. 28. *Fraude mala.* 2. Satyr. 3. v. 43. *Mala fultitia.* v. 78. *Ambitione mala.* 1. Satyr. 1. v. 77. *Malos fures.* & Virgil. 1. Georg. v. 129. *Malum virus serpentibus:* quibus in locis adiektivum debet intelligi in verum sensum vocis abstractum, ut malum malitiae, ambitionis, stultitiae veneni, &c. Non fecus in *Avaritia mala*, malum, seu viciositas avaritiae. In Bibl. elucet. Psalm. 24. 21. *Innocentes & recti adhaerent mihi.* Hebr. *Innocentia & rectitudo.*

26 *Siccine malum in abstracto significat pessimum, peius scilicet inter mala, & turpius inter deformia.* Unde Hieronym. hic dicit, *Avaritiam pessimam:* quod per *Epizeuxim* solet exprimi in Sagra pagina: ut Proverb. 20. 14. *Malum est, malum est.* Dicitur enim avaritia quæ à cunctis cognoscitur mala, malas idest, pessima quia radix omnium vitiatorum. *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Nam qui volunt divites fieri (non qui sunt; sed qui fieri volunt, ut sunt avari) incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. In sensum & sensus expositionem quadrat sententia Iuvenal. Satyr. 14. v. 174.

*Inde ferè scelerum causa nec plura venena  
Miscuit, aut ferro grassatur sepius ullum  
Humana mentis vitium, quam sava cupido  
Immodici census nam dives qui fieri vult,  
Et citò vult fieri, &c.*

Sallustius de Bell. Catilin. allipulatur. *Primò pecunia (ait) deinde imperij cupido crevit. Ea quasi materies omnia malorum fuere: namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subvertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit.* Arator, 1. in *Act. Apost.* à v. 42 1.

Denique quando

*Auri cessat amor, qui peiora semper adavit?  
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne  
De radice malum, cuius violentius ardet  
Ambitio crescente malo, stimulantque rapinis  
Addita laera fame.*

Ideo Habacuc dicit his cupidus *Va:* igitur in malorum nocumentum, philargyria, quæ dulcis, maximum malum.

27 Sed quare maximum? Quia radix vitiatorum? Vel E haec dicit. *Avaritiam omnia vitia habere putabant.* Aul. Gell. lib. 1. cap. 2. Nos verò arbitramur illam dici pessimam, quia vitium sine usu, & semper votum in voto. Floridissimè Paulus loc. cit. *Radix malorum est cupiditas, quam quidam appetentes.* Apertè: dum cupitus orbis habetur, cupiditas concupiscitur. Aliquid desiderat avaritia post omnia: & cum nihil sit ultra, quod concupiscat; concupiscit desideria.

*Habet Africanus millies, & tamen captat:  
Fortuna malis dat nimis, satis nulli.*

Succinit Martial lib. 12. *Epigr.* 10. Æschyl. in *Prometh.* v. 189. *Tandem cupido cupidum deventurum.* Theocrit. *Edyl.* 16. v. 61. *Innumerabile argentum; semper autem pluris habendi desiderium.* Rationem ostendit Gregor. Magn. lib. 15. in *Iob.* cap. 12. *Avaritia (inquit) desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis, cum ligna, que consumat, accerperit; accerperit: & unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari.* Hinc à Diogene Avaritia dicta *Metropolis malorum*, apud Erasum. Roterod. lib. 3. *Apophthegm.* n. 5 igitur si divitiæ avaritiæ medicamina, avaritia omninò pessima: quandoquidem in augmentum ægritudinis sunt remedia infirmitatis. Ope in voto sunt, & habitæ etiam habentur in voto; unde miseriore, quò magis divites: concupiscunt omnia habentes, nihil cupientes præter cupiditates. En infelicitas. *Cum satiatus fuerit ardebitur & aestuabit.* Iob. 20. 22. *Incitò Ar. Mont. legit: Va concupiscenti concupiscentiam malam: & Tigr. Va inibi: etenim ut ait Publ. Syr. d. v. 192.*

*Instructa inopia est, in divitijs cupiditas.*

Malæ non sunt divitiæ. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Pessimæ divitiarum cupiditates: quia divitiæ comitatur pessima appositio cordis. *Inseruerunt se doloribus multis* (ait August. de Verb. Dom. secund. Matth. term. 5.) *sed qui? Qui volunt divites fieri.*

vi. *Aliud est, esse divitem: aliud, velle divitem fieri. Dives est, qui à divitibus natus est; non quia voluit, dives est. Vides facultates, non interrogo voluptates. Ille cupiditas accusatur: non aurum, non argentum, non divitia, sed cupiditas. Nam qui nolunt divites fieri, vel qui non curant, vel qui non ardent cupiditatibus; non avaritia faucibus accenduntur, sed divites sunt.*

28 Adhuc malum aliud, ut avaritia constet malorum malum & ex malis pessimum; Quorsum theaurorum accervus, si non conceditur usus? Quid habet pulchri constitutus accervus? Infelices prorsum signat Paulinus, Natal. 10. v. 289.

Quos ingiter urit

*Defectus miseri metus, & miser ardor habendi:  
Atque ita & inter opes inopes, quasi Tantallus ille,  
Inter aquas sitiunt, ne habent, quod habere videntur.*

Paulina

Vide Prudent. in *Psycomach.* à v. 522. & Alciat. cum Claud. Minoc, Emblem. 85. & 89. Hic est fructus aviditatis: *Cum habuerit que concupierat, possidere non poterit:* etenim cum nulla in usum divitiarum portio, nulla vel in ipsa possessione possessio: maxime quàm præ copia, etsi multa expenderent, expensæ iteratæ divitias crebro superare non possent. Verè se fateatur pauperes.

*Patetior que bonis quisque est, quò plura requirit.*

Hinc moror, si non acquiritur; & dolor, modo aliquid expendatur: etenim vel in vitam necessaria ab animo parco indicantur dispendia. Aprè Iuvenal. Satyr. 13. v. 139.

*Et majori domus gemitu, dolore tumultu  
Planguntur nummi, quam funera. Nemo dolorem  
Fingit in hoc casu: vestem diducere sumnam,  
Contentus, vexare oculos humore coactò.  
Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.*

Manil.

Unde moror & dolor?

Iuvenalis;

Ideo avaritia mala, quippe ex bonis divitiarum in vitæ subfidium construit incommodum; Non habet quod habere videtur, quia sibi videtur non habere: sitque morbus, unde salus; Senec. in *Hercul. fur.* v. 165.

Hic nullo sine beatas

*Componit opes gazis inbianis,  
Et congesto pauper in auro est.*

Senecæ;

29 Aliter exponi potest auctoritas Prophætæ, accipiendo *ly Malam* metonymicè: quia si mala avaritia dicantur opes avaræ, illicitè partæ. Favent Veroneses. Chald. *Divitias impietatis.* Pagnin. *Væ avaræ sceleranti divitias.* Hæ enim dicuntur facultates, quoniam domus splendori deservunt. Si rapta divitiæ; quò maior thesaurus, non gloria, sed tinea splendoris domus. *Edificavit sicut tinea domum suam.* Iob. 27. 18. Videtur ad speciem quo splendet, sed intus habet unde subito corruat. *Qui edificat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.* Eccle. 21. 9. In hyeme non coherent in fabricam lapides: hand fecus in domus splendorem opes maximæ ex rapinis: igitur ædificium impetèruit, ubi potissimè splendet. Malum locum semper est dispendium, quia male parta male dilabuntur. Unde perspicua textus delicatio. *Va qui congregat avaritiam malam domus sue, ut sit in excelso nidus eius.* Cadet, dum liberari se putat de manu mali: pessum it sublimius ædificium ipomet pondere divitiarum. Syr. *Væ opprimenti & congreganti divitias, malam domus sue.* Avaritia mala est: malæ opes cum avaritia; sed peiores in ruinam domus facultates divitiarum ex divitijs oppressorum. *Væ ei qui multiplicat non sua: præmisit, v. 6. Væ. Iurè.* Si non sua, ubi multiplicantur, diminuantur. Verum quomodo? Dicit Augustin. quò n. 27. *Omne pomum, omne granum, omne frumentum, lignum omne habet vermem suum. Vermis divitiarum superbia.* Intus vermis rodit, quod exterius nitet: & qui videbatur ultra fortunæ iactum præcellus nidus, ex rapinis formatus est ruina domus; quippe quàm in gloriam quicquid per nefas construxit mala avaritia, corrosio vermis superbia, ut cum fonitū periret latrocinantium memoria.

*Ite nunc à mali, parata honorem per vim,*

*Et contrahite divitias, undecunque venantes  
Per fas simul & nefas.*

*Deinde messem ipsarum infelicem metite.*

Claret. Sine fulcro domus erecta: & quam superbia vermic interno subdole usque in æthera crexit; pondere divitiarum avaritia complanavit: avarus enim dum concupiscit multa, amittit omnia. Vide Stoicum Cordubens. & Epist. 90. & lib. 7. de *Benefic.* cap. 10.

August. Vermis divitiarum superbia.

Euripide